

## Universitätsbibliothek Paderborn

Mausoleum S. Jacobi Apostoli Chronologico-Mysticum, Oder Geistliches Gebäw Jn Historischer Beschreibung des Vralten Apostolischen beydes Geschlechts Regulier Ordens des H. Apostels Jacobi zum ...

> Lull, Caspar Peter Cöllen

21. Der Pabst Cœlestinus II. bekräfftiget den Orden der Canonichen des H. Grabs/ und nimbt dessen Klöster unter den Schutz des Apostolisschen Stuhls.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37106

Priorar der Canonicken des H. Grabs / unr Bischofflichen Bürde / mit Burheissen dieses Pabst erhaben worden / und ist unm ersten Bischoff daseibst aus denen Canonicis erwehtet worden Alcheinus, der das Ampt eines Cantoris alda erliche Jahr vertretten / sehe Jacobum de Vitriaco in Hist. Hieros, abbreviata cap. 57. fol. 1077. und Tyrium lib. 11. cap. 12, welcher weite läussig und alles genaw erschlet. Gibelinus nach dem er vier Jahr seiner Kirchen vorgestanden / ist Anno 1111. gestorben / an dessen Plas ist auff den Pateiarchat-stuhlt gester Arnulphus de Ross, Archidiaconus der Kirchen des H. Grabs / dessen ein weiter

nightebevorn Meldung geschehen/welder seine Canonichen auff diereste Apostolistie Einsegung gesühret / und ihnen Richtschung gesühret / und ihnen Richtschung geschert Seistlichen kebens vorzeschnur des recht Gesistlichen kebens vorzeschnur des recht Gesistlichen Lebens vorzeschehen / unch solche Emstender Allezeit verbleiben / auch solche Emsteng und Bekräftigung der Regum ihres Ordens vom Apostolischen Enderhalten wie die Bullades Pahste Celestini dieses Nahmens des zweiten weich noch originaliter in dem Archivo der Anchen zu Kavenna solle bewahret werden mit klaren Worten anzeiget / so hiebegans führe.

-6456--64566--64566--64566--64566--64566--64566-

Das 21. Capitul

Der Pabst Coelestinus II. befräfftiget den Orden der Eanomschen des H. Grabs unter der Regul des H. Augustini, und nimbt dessen Rlöster und Erbschafften unster den Schüchdes Apostolischen Stuhls.

A Nno 1144. Mare oceanum omnium Ordinum Sylvestri Maruli in descriptione Ordinanonic. S. Sepulchri.

thenticum in Ecclesia Metropolitana Ravennatensi servatur.

COElestinus Episcopus Servus Servorum DEI, dilectis siliis PETROPRIORI & Fratribus Sancti Sepulchri Jerosolymitani, tâm Præsentibus, quâm suturis Canonicis sinbstituendis in perpetutum. Si mansuetudo & liberalitas Sancta Romana Ecclesia universis Christianis debet opportuna solatia ministrate, multo

-6-₹(85)>-6multò magishis qui Religiosam vitam ducunt, & Omnipotenti DEO familiarius adhærere videntur, idipsum convenit propensius impartiri. Quia igitur dilecti in Domino F lii juxta Regulam B. Augustini vivere decrevistis, & in loco, ubi steterunt pedes Domini, adorantes apud Gloriosum Sepulchrum ejus, in quo triduo corporaliter requievit, & alia sacratissima loca, in quibus Redemptormundi pro salute nostra vincula, flagella, Crucisignominiam, vulnera mortemque suftinuit, regulariter militatis, majori vos benevolentia, & gratia dignos esfe censemus, & Parernis vos affectibus volumus confovere. Vestris ergo postulationibus debita benignitate accomodantes assensum, Sacrosanctam Eeclesiam S. Sepulchri, in qua divinis obsequiisinsistentes Passionem Dominicam & victoriosissima Crucis trophaum assidue oculata side recolitis, nection etiam personas vestras sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & & Præsentisseripti pagina communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quacunque bona eadem Ecclesia in Prasentiarum canonice possidet, quacunque etiam ab egregia memoria Viris Duce videlicet Godefrido & utroque Rege Balduno, Venusto quoque, & aliis Patriarchis eidem loco juste collata sunt, aut imposterum à Patriarchis, vel aliis DEI fidelibus rationabiliter conferentur, firma vobis & illibara permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Medietatem videlicet oblationem S. Sepulchri, & omnes oblationes Dominica Crucis, nec non & omries oblationes Altarium in Ecclesia S., Sepulchri existentium, sicut Patriarcharum dono vobis rationabiliter donatæsunt, Domos, Stationes, & furnos omnes, civitatis Jerusalem, exceptis duobus, Hospitalis videlicet, & Ecclesia S. Maria Latina, sicut dono Ducis Godefridi, & fratris ejus Regis Balduini, & aliorum bonorum homotum vobis legitime concessa sunt, Casaliaque que possidetis in territorio Jerusalem, Mahumeriam videlicet cum pertinentiis suis, Sabaret, Casarcab, Calandriam, Armotiam, Ramittam, Berteligel, Betsari, Desfans cum pertinentiss suis in territorio Ramensi, Beta Casale, cum pertinentiis suis. In territorio Casariensi Castellum Feniculi cum pertinentiis suis. Interritorio Tyri Casale de Riva cum pertinentiis suis, hortum quem habetis inter murum & antemurale Civitatis Tyri. Hortum & Molendina, & alias Possessiones, quas habetis infra & circa Antiochiani Ecclesiam Quarantene cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Petri in Joppe cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Sepulchri in Acon cum terra & domo, quam dedit vobis Lambertus Hals & aliis pertinentiis suis in territorio ejusdem civitatis. Ecclesiam S. Maria de Numas cum pertinentiis luis. Ecclesiam S. Maria in Civicate Tyro cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Sepulchri in Monte Peregrino cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Geogrii in Montanis cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Sepulchri in Brundusio Civitate cum pertinentiis suis. Ecclessam S. Sepulchri in Barleto cum pertinentiis suis. Ecclesam, quam habetis in Venosa Civitate dono Nicolai ejusdem Civitatis Episcopi cum

pertinentiis suis. Ecclesiam S. Sepulchri juxta Trojam Civitatem cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Theodori Martyrisante Portam Beneventanæ Civitatis cum per-

BIBLIOTHEK PADERBORN

地口 からををををはなる

E-

## -63 (86)

tinentiis suis. Castellum Cerret cum pertinentiis suis, quod Nobilis Vir Albertus Blandraensis Comes Ecclesia S. Sepulchri donavit. Ecclesiam, quam habetis in Episcopatu Constantiensi in Villa, quæ vocatur Detrendorf. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, autetiam possessiones auferre, autablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare: Sed omnia integra, conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessas funt, usibus omnimodis profutura. Salva Apostolica Sedis, & Patriarcha Jerosolymitani reverentia, & Episcoporum, in quorum Parochiis Ecclesia vestrasita sunt Canonica Justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sacularisve Persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundò tertiovè commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptorisnoftri JESU Christi aliena siat , atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctisaurem eidem loco jura servantibus sit pax Domini nostri JESU Christi; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ salutis inveniant. Amen. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribustuis. S.Petrus, S. Paulus, Cœleftinus PP. II. Datum Laterani per manum Gerardi Sacra Romana Ecclefia Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii quarto Idus Januarii iadictione 7. Incarnationis Dominica MCXLIIII. Pontificatus vero Domin. Colestin. Papæ II. Anno primo,

Ego Gregorius Presbyter Cardinalis tituli S. Calisti subscripsi.
Ego Gozzo Presbyter Cardinalis tituli S. Caciliae subscripsi.
Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis tituli S. Praxedis subscripsi.
Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis tituli SS. Joannis & Pauli subscripsi.
Ego Cœlestinus Catholicæ Ecelesiae Episcopus subscripsi.
Ego Conradus Sabiensis Episcopus subscripsi.
Ego Theodevvinus S. Rusinæ Episcopus subscripsi.
Ego Albericus Hostiensis Episcopus subscripsi.
Ego Stephanus Prænestinus Episcopus subscripsi.
Ego Imarus Tusculanus Episcopus subscripsi.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis SS. Sergiiet Bacchi subscripsi.
Ego Occo Diaconus Cardinalis SS. Georgii ad Velumaureum subscripsi.
Ego Octavianus Diaconus Cardinalis SS. Nicolai in carcere Tulliano subscripsi.

D46 22,